

„Sowohl in ihren körperlichen als sittlichen Schwächen sollen sie einander mit Geduld ertragen und sich gegenseitig im Gehorchen üben. Keiner strebe dem nach, was er für sich, sondern demjenigen, was er für Andere vortheilhaft erachtet. Brüderliche Liebe sollen sich alle einander in reiner Gesinnung erweisen, Gott fürchten, ihrem Abte¹⁾ mit aufrichtiger, demüthiger Ergebenheit zugethan sein und durchaus nichts Christo²⁾ vorziehen, der uns Alle zum ewigen Leben führen wolle. Amen.“ C. 72.

(Schluss folgt.)

Benedictini Slavorum.

Scriptis Fr. V. Sasinek.



Quin extiterint, uti etiam re vera adhuc existunt, Benedictini Deum lingua latina glorificantes, nemo certe dubitat: sed Benedictinos qui liturgia slavica usi sint, pauci modo in memoriam reducunt, ubi tamen hos non minus quam illos memorant certa historiae monumenta. Tantum abest ut quenquam haec per regna remota vagando oporteat quaerere, ut etiam in ipsa Bohemia, imperii nostri provincia, in manibus sint.

Docti atque eruditi viri non nesciunt, liturgiam duplicis ritus fuisse Slavis plurimisque usque adhuc esse; quarum una s. Cyrillo Thessalonicensi, altera — et recte quidem — s. Hieronymo Stridonensi ascribitur. Nec vero dubitandum est, quin monachi utraque liturgia Numen adoraverint; etenim ii, qui liturgiae s. Cyrilli sacri erant, regulam s. Basili, qui autem liturgiam s. Hieronymi seu glagoliticam exercebant, regulam s. Benedicti sequebantur. Quod me historicis Bohemiae documentis demonstraturum promisi, hisce ad comprobandum aggredior.

Certum est, semina evangelii, quae ss. Cyrillus et Methodius inter Slavos trans Danubium incolentes spargebant, ad Bohemos quoque, qui tum sub imperio Svatopluci erant, pervenisse atque cum illis eodem tempore simul liturgiam s. Cyrilli ibidem locum obtinuisse adeo, ut historicis, qui de perpeSSIONe s. Venceslai agunt, cavendum sit, ne

¹⁾ Vgl. Note I. Uebrigens verbleiben die Ordenscuraten als Ordensgeistliche in der Obedienz ihres Abtes.

²⁾ Vgl. Capitel 4. instrum. 21.

„paganismum,“ Bořivoji eiusque matris Drahomirae stricte interpretentur ¹⁾. Nec minus certum est, fuisse in Bohemia discipulos ss. Cyrilli et Methodii, qui liturgiam s. Cyrilli exercentes secundum regulam s. Basili Deo famulabantur, cum hoc vita s. monachi Procopii ²⁾ aperiat.

Num iam ab exordio „christianitatis“ fuerint in Bohemia Benedictini Slavorum, seu monachi, sequentes liturgiam s. Hieronymi atque regulam s. Benedicti, hodie non inquiri. Ut autem ad eum quem nobis proposuimus exitum perveniamus, sufficiet afferre testimonia saeculi XIV., quae omnem dubitationem nobis tollent. Nam Clementem P. VI. adiit quippe Arnustus, archiepiscopus Pragensis, scripto Caroli IV. imperatoris et regis Bohemiae, qui petens summo Pontifici significavit: „quod in Slavonia et nonnullis partibus de Slavonica lingua existentibus misse et alie hore canonicè ad laudem Christi in eorum vulgari de licentia et ex indulto sedis apostolice leguntur et etiam decantantur, et quod multa monasteria et loca monachorum nigrorum sancti Benedicti et aliorum ordinum in illis partibus huiusmodi ritum ex antiqua consuetudine usque in hodiernum diem tenentium propter brigas et guerras illarum partium destructa et ad nichilum sunt redacta. Monachi quoque et fratres monasteriorum et locorum predictorum occasione huiusmodi nec Deo nec Christianis proficere, nec etiam Monasteria et loca ipsorum commode obtinere valentes remanent vagabundi, propter quod cultus divinus et fides christiana in illis partibus minuitur. Cum autem, sicut huiusmodi insinuatio subiungebat in confinibus et circa partes regni Bohemie, que de eadem lingua et vulgari existunt sunt multi scismatici et infideles, qui cum eis sacra scriptura latine dicitur, exponitur vel predicatur, nec intelligere volunt, nec commode ad fidem christianam possunt converti, dictique monachi et fratres vulgares predicatorum ritum predictum habentes in dicto regno et ipsius confinibus summe necessarii et utiles pro Dei laude et augmentatione christiane fidei esse noscantur: idem Marchio nobis humiliter supplicavit, ut eisdem fratribus et religiosis, quod in

1) Quem (Bořivojum) S. Methudius convertit ad fidem catholicam, praedicens ei ore prophetico, si baptizaretur, quod ipse et sui successores potentiores omnibus principibus et regibus fierent. Cuius verbis dux Borziwoy consentiens, se petiit cum XXX suis numero baptizari. Quo baptizato, sacerdotibus secum receptis, Boemiam revertitur, et uxorem suam S. Ludmilam cum multitudine gentis Boemiae procurat baptizari. *Fontes Rerum Bohemicarum. V Praze, 1871. I., 107. Bořivoj . . . Křestan řekého vyznání (Bořivojus . . . christianus graecae fidei). Ib. 111.*

2) Slavonicis litteris, a sanctissimo Quirillo Episcopo quondam inventis et statutis canonicè admodum imbutus. *Liturgia slavica in monasterio Sazaviensi ap. Ginzl: „Geschichte der Slavenapostel.“ Leitmeritz, 1857. Monumenta pag. 80.*

regno Bohemie et confinibus supra dictis loca eligere, in quibus et circa que possint stare et verbum Dei exponere, predicare et missas celebrare secundum ritum et consuetudinem partium ipsarum licentiam concedere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur de predictis notitiam non habentes fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, eisdem Monachis seu fratribus dicti sancti Benedicti vel alterius ordinis, per sedem eandem approbati, recipiendi unum locum duntaxat in dicto regno vel eius confinibus, in quo servare valeant dictum ritum, alias tamen per sedem (apostolicam) approbatum, eadem auctoritate nostra concedas plenam et liberam facultatem.“ Qua apostolicae sedis VII. idus Maii an. 1346. emanata concessione innixus Carolus IV., imperator et rex Bohemiae, monasterium Benedictinorum Slavorum erigere festinavit, uti ex his ipsius elucet sententiis: . . . siquidem sanctissimus Pater Dominus noster Papa Clemens VI. Venerabili Arnesto, Archiepiscopo Pragensi, Principi et Consiliario nostro Karissimo ad nostri instantiam et requestam committere voluit, ut ipse in nostra civitate Pragensi monasterium conventuale et claustrale ordinis sancti Benedicti instituere et auctoritate posset apostolica ordinare, institutis ibidem Abbate et fratribus, qui Domino famulantes divina officia in lingua, Slavonica duntaxat ob reverentiam et memoriam gloriosissimi confessoris beati Ieronymi Strydoniensis Doctoris egregii et translatoris, interpretisque eximii sacre scripture de ebraica in latinam et Slavonicam linguas ¹⁾, de qua si quidem Slavonica nostri regni Boemie idioma sumpsit exordium primordialiter et processit, debeant futuris temporibus celebrare; ad quod siquidem monasterium construendum et edificandum Parochialem ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani in suburbiis nostre civitatis Pragensis predictae, in Podschal inter Wyssegradum et Sderaz situatam, cuius ius patronatus ad ecclesiam Wyssegradensem tunc temporis pertinebat, facta per nos dicte ecclesie Wyssegradensi pro iure patronatus dicte parochialis ecclesie restitutione et satisfactione condigna, duximus ordinandum; quam prefatam parochialem ecclesiam in dictum monasterium claustrale et conventuale ad honorem Dei, beatissimeque Marie Virginis, Matris eius, ac gloriosorum Ieronymi praefati, Cirullique, Methudii, Adalberti et Procopii, Patronorum dicti regni Boemie, Martyrum et Confessorum, titulum et honorem, prefatum Archiepiscopum requirimus et hortamur attente, iuxta commissionem, a sede apostolica sibi factam, erigi et etiam exaltari inibi Abbate et fratribus auctoritate predicta institutis, qui sub

¹⁾ Cursus Sacrae Scripturae ap. Migne. Paris, 1860. I. 260. De translatione et liturgia s. Hieronymi slavica (glagolitica) aget fusius meum periodicum folium „Slovenský Letopis“ per decursum anni, quo fruimur.

regula et regulari habitu ordinis sancti Benedicti, cui dictorum sanctorum conversatio gloriosa suis tribuit temporibus, quos adhuc per Dei gratiam retinet, speciem et decorem lingua Slavonica duntaxat futuris et perpetuis temporibus ob memoriam et reverentiam prefati beatissimi Ieronymi, ut ipse in dicto regno velut inter gentem suam et patriam reddatur perpetuo gloriosus“¹⁾.

Quibus testimoniis allatis quid opus est porro interpretari, ut benevolus lector credat, fuisse Benedictinos Slavorum. Quia vero in positis documentis commemorantur Benedictini Slavorum in Terris Bohemiae, utique et Moraviae, illi eo tempore consociatae, finitimis: investiganda sunt loca, certe non alibi, quam in Polonia, Ungaria, Croatia, Dalmatia et Carinthia, ubi iidem Benedictini Slavorum ritu slavo Domino famulabantur. Multum sane laudis ad gloriam praeclari ordinis s. Benedicti adiciet, qui hac ex parte rem illam commentariis illustraverit.

Zur Genealogie des Hauses Habsburg.

Von P. Jacob Wichner, Archivar in Admont.

Die Bibliothek des Stiftes Admont besitzt in ihrer Handschrift Nr. 19 (Papier. 2^o, 322 Blatt, saec. XV.) „Reimchronik des Ottokar von Steier“, einen vielbewundernten, oft benützten Schatz. Der Codex ist vom Jahre 1425. Am Schlusse desselben, Blatt 321¹—322¹ sind von gleicher Hand die Sterbetage von Mitgliedern des erlauchten Hauses Habsburg verzeichnet und kurze genealogisch-historische Notizen daran geknüpft. Diese Aufzeichnungen beginnen mit dem J. 1273 und schliessen mit 1424. Im Grossen und Ganzen stimmen sie, was historische Treue betrifft, mit den Forschungen in der österreichischen Geschichte; nur hier und da scheint der Annalist aus einer minder verlässlichen Quelle geschöpft zu haben. Wie schon bemerkt, sind der Schreiber dieser Notizen und jener der Chronik eine und dieselbe Person, so weit der Charakter der Schrift zu diesem Schlusse berechtigt. Da auf den Innendeckeln des Codex auf Pergament geschriebene genealogische Notizen, betreffend die Familie

1) „Geschichte der Slavenapostel Cyrill und Method. Dr. J. A. Ginzel. Leitmeritz, 1857. Monumenta pag. 92—95.